Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26030
Copyright: Admont, Benediktinerstift

gygantem usq; ad nubes pertingentem manus extensas habentem. & subter eum erat stagnum uelut mare feruebatq; uelut caldaria. & uidebam animas quasi in specie auium uolantes. & q̃n te quidem supuolabant manus & caput eius saluabantur. & usq; ad celum pueniebant. quantę autem usq; ad manus eius pueniss̃ent. non ualentes superius uolare peuniebat eas manibus suis & allidebat. & cadebant in stagnum feruens. Audiui autem uocem dicentem mihi. has esse animas peccatorum. nam ille que illum gygantẽ supuolant. ipsas esse animas iustorum quas pondus peccati non grauat. & ideo possunt ad altiora conscendere quę in paradyso dei saluantur. Alię autem sunt peccatorum quę ideo in infernum mergunturquia non egerunt penitentiam dum in corpore erant ut indulgentiam peccatorum & erminum suorum a xp̃i dn̄i pietate accipere mererentur. nunc autem traduntur ad infernorum tenebras ubi est fletus & stridor dentium pre nimietate

SET EKHARVM PEHAR VGH.

SEPHAHVS quidam lybicus genere ex latere marmaricis & mareote sedebat usq; qradraginta annos. Hic summę continentię fuit. nam & discretionis gratiam & consolationis accepit a domino. ita ut omnes tribulantes qualibet de causa tristicia affecti leti discederent p̃ uerbum consolationis eius. Notus autem erat & beato antonio. peruenit uero etiam ad tempora nostra. Quem ego quidem non uidi propter longinq̃tatem locorum. qui autem cum sancto ammonio & eulogio erant. uidentes eum retulerunt nobis. quia inuenimus eum in quium infirmitatem huiusmodi habentem in ipsis locis testiculis. & in summitate naturę ulcus habentem quod dicit̃ cancer seu circinus. Hic q̃ cum meideretur uulnere illo a medico. tamen manibus suis operabatur. & plectebat palmas &